



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio XIX. Situatio alicujus loci in aliqua dioecesi, quomodo probetur.  
Epsicopo quando juris assistentia non suffragetur Ad effectum  
separationis territorii quid requiratur. Testes quando non ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO XIX.

Situatio alicujus loci in aliqua diocesi, quomodo probetur. Episcopo quando juris assistentia non suffragetur. Ad effectum separationis territorii quid requiratur. Testes quando non probent immemorabilem, & quando illa interrumpatur, & quando suffragetur. Quid importet verbum *habet*. Constitutiones, vel Bullæ, quando non suffragentur. Confessio Prælati, quando Ecclesiæ non præjudicet. Ex quibus visitationes probentur, & an jure delegato, vel ordinario factæ præsumantur. Actus jurisdictionales quando ad inferiorem Prælatum spectent.

R.P.D. ZARATE.

Beneventana Jurisdictionis.

Inter impressas Zarate decis. 28.

Lune 27. Januarii 1653.

SUMMARIUM.

- 1. *Castra si sunt posita in aliqua diocesi, sequitur quod sint ejusdem diocesis, Et sic sub omnimoda Episcopi jurisdictione et assistentia juris communi.*
- 2. *Situatio probatur ex testibus, instrumentis, et Planta.*
- 3. *Ex quibus præsumatur Castra, et loca esse potius in una, quam in alia diocesi.*
- 4. *Exceptio qua concernit favorem unius non potest ab alio apponi.*



- 5 Privilegia non extenduntur de persona ad personam, nec de re ad rem.
- 6 Probata exemptione in una persona respectu unius qualitatis, non tamen ex hoc trahitur exemptio ad aliam.
- 7 Episcopo non suffragatur assistentia iuris in locis sue diocesis, quando per inferiores Prælatos probatur se in ea exercuisse jurisdictionem, quasi Episcopalem.
- 8 Ad effectum separationis Territorii ab aliqua diocesi, requiritur vel privilegium Apostolicum, vel immemorabilis.
- 9 Et privilegium Apostolicum debet esse clarum num. 19.
- 10 Immemorabilis quando non probetur per Testes.
- 11 Testes, si in uno iudicio fuerint examinati, & fidem non habuerint, minus eam in alio habere debent.
- 12 Immemorabilis interruptitur ex solo rumore in contrarium.
- 13 Et ex contrariis.
- 14 Et unicus actus contrarius sufficit.
- 15 Testis circa immemorabilem, deponens, se nunquam vidisse, aut audivisse contrarium, de falso convincitur, si de aliquo actu contrario confitetur.
- 16 Immemorabilis, ut suffragetur, debet esse approbata per tres sententias conformes.
- 17 Verbum habet, presentis temporis functionem recipit.
- 18 Et eadem importat, quod verbum habeat, vel habere debeat.
- 19 Aliquando consideratur tanquam verbum positivum supponens præexistentiam jurisdictionis, cuiusque titulus & possessionem.
- 20 Constitutio in synodo diocesana locuta & scandalosa declarata nullam defensionem tribuit.
- 21 Constitutio, que ex causa erroris scandalosi fuerit cassata, in parte allegari non potest, etiamsi pars tantum esset abrogata.
- 22 Enunciativa deducta in Bullis, emanatis ad partium narrationem probationem sufficientem non inducunt.
- 23 Littere patentes Promotorum ad Ordines Sacras ab Episcopo susceptas, in quibus enunciatum jurisdictionis diaconatus, non nocent ipsi Episcopo.
- 24 Subscribens plures litteras versimiliter non omnes sufficienter examinavit, maxime quando ille unico contentus, & celeriter subscribitur.
- 25 Confessiones explicitæ Episcopi Ecclesiæ non præjudicant.
- 26 Nec impediunt quo minus idem Episcopus possit nomine eiusdem Ecclesiæ iudicialiter agere, & obtinere.
- 27 In concursu actuum preferenti veniunt, qui niuntur, & roborantur iuris dispositione.
- 28 Visitationes ex publicis instrumentis probantur.
- 29 Visitationes referri non debent ad jurisdictionem delegatam vigore Concilii Tridentini, sess. 24. cap. 9. de reformat.
- 30 Quia competunt Episcopo viciniori.
- 31 Sed presumuntur facta iure ordinario.
- 32 Qui dicantur actus iudiciales.



Altius iudicialiter ad Prælatum inferiorum spectant, quando ipse iuri, distio-

nem ordinariam, & territorium separatum habet.

Capta resolutione in hac causa super bono iure die 13. Maji anni præteriti ad factorem Reverendissimi, concessa fuit nova audientia D. Archidiacono ejusdem Ecclesie reclamanti, cujus impugnationibus ferè discussis, & non refragantibus, Domini in decisio-<sup>1</sup> perstitereunt.

Assistentiam quippe juris pro Reverendissimo D. Archiepiscopo visum fuit bene deduci ex situacione castrorum, de quibus agitur intra limites diocesis Beneventane juxta allegata in prima decisio. §. unde. & prædictam situacionem satis probant ex testibus, instrumentis, & Planta in dicta decisione recensitis ex §. sunt etenim, usq; ad §. verum, ex quibus omnino præsumitur, prædicta castra & loca esse in diocesi Beneventana, ut tenuit Rot. decisio. 403. num. 1. par. 1. decisio. 560. numer. 1. & 2. par. 3. recent. & in Brixinen. Jurisdic. 11. Aprilis 1639. coram Reverendiss. Salamantino, & in Mariscen. Jurisdic. 18. Februarii 1647. coram R. P. D. meo Buchio.

Unde ex parte dicti Archidiaconi præterendi non potest, prædicta castra esse de diocesi distincta & separata à diocesi Archiepiscopi, & in illis Archidiaconum habere jus quali Episcopale, & exercere omnimodam jurisdictionem, pro ut etiam extant alia loca in eadem diocesi, quæ esse dicuntur de jurisdictione Abbatis S. Sophiae, & Capituli Ecclesie Beneventane; nam præterquam id probatur ex simplici casu, quodam privati fide, nocere non potest Reverendiss. Archiepiscopo, cum sit exceptio juris tertii concernens. Bart. in l. 2. num. 1. ff. de except. rei jud. Rot. coram Seraph. decisio. 421. num. 7. in Romana restitutionis dotis 16. Junii 1643. coram Reverendissimo Salamantino. Et quando Abbati S. Sophiae, seu prædicto Capitulo aliqua ex privilegio competere, parum prodesset D. Archidiacono, cum privilegia non extendantur de persona ad personam, nec de re ad rem; immo in una persona probata exemptione respectu unius qualitatis, non tamen ex hoc trahitur exemptio ad aliam. cap. per exemptionem, ubi DD. de privileg. in 6. Rot. apud Seraph. decisio. 1058. num. 3.

Nec assistentiam Reverendiss. D. Archiepiscopi offuscare possunt antiquæ enunciativæ elicite ex constitutionibus Ecclesie Brevibus Apostolicis, instrumentis publicis, & aliis iuribus, ex quibus dictus Archidiaconus suam jurisdictionem probare nititur, juncta ejus possessione; quibus stantibus assistentia juris Reverendiss. D. Archiepiscopo non potest suffragari, juxta dec. Rot. coram Andrea 54. num. 10. Ad. ad Buratt. decisio. 578. num. 21.

Siquidem verum est, quod firmatur in prima decisione ad effectum separationis Territorii requirit, vel privilegium Apostolicum, vel immemorabile, ut tenet Gratian. discept. for. cap. 21. 2. num. 16. & 17. Rot. in recent. decisio. 324. num. 1. & seqq. par. 1. tenet Buratt. dicta decisio. 78. num. 2. & decisio. 912. num. 1. cum aliis in pluribus in Mariscen. Jurisdic.



*jurisdic. 26. Maii 1651. coram Eminentiss. Card. Corrado; quorum neutrum in pre-*  
*sentem concurrat.*

- 9 Privilegium enim Apostolicum non ostenditur, quod quidem debet esse  
clarum & expressum, ut dicit *Rot. decif. 324. nu. 2. par. 1. recent. & post Tambur. de*  
*Abbat. dec. 50. num. 10.*
- 10 Immemorabilis verò non probatur ex testibus ad id inductis cum requisitis  
*Gloss. in cap. 2. verbo memoria de prescript. in 6. ut traditur in prima decif. §. nec magis*  
*ultra ibi allegatos Rot. coram Seraph. decif. 1450. numer. 2. penes sanct. mem. Gregor. 22.*  
*decif. 252. num. 3. & decif. 434. num. 11. apud Burat. decif. 673. numer. 1. & 6. in Pampin-*  
*nen juris nominandi Vicarum. 14. Decembris 1648. coram Eminentiss. Orsibon.*
- 11 Qui testes in alio iudicio fuerunt examinati, in quo Archidiaconus succubuit, aque  
ideo maiorem fidem in hoc iudicio non mereatur, ut comprobatur in prima deci-  
sione §. *Testes*, ultra quod in illo non agebatur principaliter de iurisdictione, sed de  
exactione dimidiæ annatæ fructuum; & quatenus de iurisdictione Archidiaconi  
deponerent, famam non concluderent, quia non possunt dicere nunquam audita  
contrarium, dum constat actus fecisse Archiepiscopos, & fuisse controvertos, ex quo  
solo immemorabilis excluditur, cum solus rumor sufficiat ad eam excludendam.  
*Add. ad sanct. mem. Greg. XV. decif. 298. num. 13. Aefina bonorum. 10. Ianuarii 1636. cor-*  
*am Buccabella, & in Corduben. decimarum. 18. Maii 1618. coram bon. mem. Cocca. §.*  
*quantum verò. ad finem.* Actus enim iurisdictionales à Reverendiss. D. Archiepisco-  
po gesti enumerantur in prima decif. §. *cessantibus*, ex quibus satis excluditur immem-  
orabilis, ex allegatis per Reverendiss. Nuncium Neapolitanum decif. 69. num. 5. Rot.  
*in Marsicen. iurisdic. 17. Februarii 1647. coram R. P. D. meo Bichio, & 26. Maii 1651.*  
*coram Eminentiss. Corrado.* Adeò ut si mille actus ad inducendam prescriptionem  
gesti essent, unus actus Contrarius illam interrumpit, ut tradit Reverendissimus  
Nuncius Neapolitanus decif. 69. num. 6. *Add. ad sanct. mem. Gregor. XV. decif. 162. num.*  
*15.* Ex quo eo ipso quod constat de aliquo actu contrario, Testes deponentes, se  
nunquam vidisse, aut audivisse contrarium, non vincuntur de falso, *Rot. decif. 254. num.*  
*3. par. 1. recent.*
- 16 Præterea, quia, ut immemorabilis suffragaretur, deberet esse approbata per tres  
sententias conformes, ut aliàs declaravit sacra Congregatio Concilii, & firmavit Ro-  
*ta decif. 248. num. 1. par. 2. decif. 126. num. 2. par. 4. decif. 600. num. 15. par. 8. recent. & in*  
*allegata Marsicen. iurisdictionis. 18. Februarii 1647. coram R. P. D. meo Bichio.*
- 17 Nec magis Domino Archidiacono favent enunciativæ productæ. Non enim  
illa, quæ deducitur in constitutionibus editis de anno 1355. in illis verbis. *Ibi, habet.*  
*Archidiaconus diocesim distinctam & separata. Nam sive significant novam iuris-*  
*isdictionis concessionem, ut innuere videtur prima decif. §. & circa, cum verbum ha-*  
*bet, præsentis temporis non recipiat functionem præteriti. Rota coram sanct. mem.*  
*Greg.*



Greg. XV. decis. 371. num. 1. decis. 338. num. 5. ibique Add. numer. 15. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Gloss. 11. num. 48. & seqq. Atque ideo idem importet, quod verbum, habeat 18 vel habere debeat, ex traditu per Bart. in l. si uxor 4. §. cum iam sine ff. de liber. leg. live 19 et siquid titulum, & possessionem ex textu in l. stipulatio 38. §. hoc quoque stipulatio vers. habere dupliciter accipitur ff. de verb. oblig. l. nomen filiarum vers. habere, ubi Rebuff. ff. de verb. oblig. Rot. dec. 369. num. 1. post medium par. 1. recent. Semper est verum, quod illa constitutiones in synodo dicecesana declaratae fuerunt nullae, in val. da. & scanda- 20 las per Cardinalem Sabellum, & Archiepiscopum Palumbariam, ac propterea eis se ceteri non potest Archidiaconus l. fin. ff. ad l. Cornel. de falso ubi Bart. Rot. decis. 104. num. 6. par. 6. recent. & fuit dictum in Tiburtina Castris S. Angeli. 18. Junii 1646. co- 21 num. R. P. D. meo Melita.

Nec valet replicatio, quod dictae constitutiones non fuerint in totum revoca- 22 tae; sed in parte circa causas matrimoniales, & criminales tantum, quia earum verba contrarium suadent, dum indistinctè loquuntur, & ratio adjecta, quia nempe sunt 21 scandalosae, convincit, quod in totum fuerunt abrogatae; quinimo, nec in parte alle- gari possunt, etiam si pars tantum esset abrogata, dum ex causa erroris, & scandali fuit cassata, ut explicat Mascard. de general. statut. interpr. concl. 11. num. 2. & 3.

Aliae verò enunciativae deductae à diversis Bullis summorum Pontificum, ac Brevis, similibusque instrumentis non inducunt sufficientem probationem, cum 22 ad partium narrativam emanaverint ex doctr. Abb. in cap. dudum num. 3. de decimis. Innoc. in cap. inter dilectos num. 6. de fid. instr. Rot. decis. 572. num. 11. & seqq. par. 8. recent. 23 Et in decis. quare videtur in §. tandem.

Ceteri verò actus videlicet edicta, deputationes officialium, Processus, & Confessiones Archiepiscoporum, & signanter Moderni Domini Archiepiscopi, ni- 23 hil pariter faciunt; quia, vel ex actibus contrariis convincuntur erronea, ut proba- tur in alia decisione, §. ultra; vel impeditur, ne resultet immemorabilis. Ex quo etiam Archiepiscoporum Confessiones non debeat attendi in litteris patentibus 24 Promotorum ad Ordines Sacros, in quibus nonnulla ex locis controversis enun- ciantur jurisdictionis Archidiaconalis, cum non fuerint consultò emissae, & ob mul- tiplicitatem litterarum hujusmodi, quae unico contextu, & celeriter subscribuntur, 24 verisimile sit, sufficienter examinatas non fuisse, ut in terminis edicti subscripti ab of- ficiali tradit Bellon. jun. conf. 28. num. 21. & 22. Mascard. de prob. concl. 1348. numer. 23. Menoch. lib. 3. praesumpt. 66. sub num. 31. Praeterea etiam explicitae Confessiones 25 Episcopi, Ecclesiae non praedjudicant cap. praesertim de Testib. in 6. Rota in Theatina in- ventionis S. Joannis in venere. 10. Maji 1621. coram Coccino, & decis. 290. numer. 19. & 20. par. 8. recent. cum aliis per Add. ad Burati. decis. 453. lit. A. & in aliis congestis in d. Marscen. Jurisdictionis 18. Februarii 1647. coram R. P. D. meo Bichio in §. verum omitti. Nec impediunt quominus Archiepiscopus possit nomine ejusdem 25 Eccl-



Ecclesie judicialiter agere, & obtinere. Rot. decis. 139 num. 28. par. 6. & decis. 141 num. 8. par. 7. recent.

- Uterius quia in concursu actuum, & probationum Archidiaconi tot actus, & probationes pro Reverendissimo D. Archiepiscopo adducuntur, qui cum titantur, & roborantur juris dispositione, utique præferendi veniunt, ut probatur in prima decisione §. qui omnes, & confirmatur ex Cavaler. dec. 193 num. 2. & per tot. & dec. 41 num. 6. & 17. par. 5. & dec. 1417. num. 3. coram Seraph.
- 28 Visiones ab Archiepiscopis fuisse factas in castris controversis constat ex publicis instrumentis datis in primo summario D. Archiepiscopi num. 13. & quanto pro parte D. Archidiaconi dicatur fuisse contradictas, & protestationes intercessisse, ut in hodierno summario Archidiaconi num. 14. Tamen inter dictas visiones adest altera de anno 1573. quæ non invenitur contradicta, nec protestata, cum protestationes incipiant à vitione anni 1575. quæ vitiones referri non debent ad jurisdictionem delegatam vigore Concilii Trid. sess. 24. cap. 9. de reformat. quia illæ competunt Episcopo viciniore, qualis in his castris est Episcopus Thelesinus summario num. 3. & aliis, ac propterea dici debent factæ jure ordinario.
- 31 Ordinationes verò Clericorum non dubitatur ab Archiepiscopo factas fuisse, pro ut etiam concursus ad beneficia curata, & convocationes ad synodum, ut in prima decisione §. cessantibus, qui sunt actus jurisdictionales, & Archidiaconum spectassent, si jurisdictionem ordinariam, & territorium separatim haberet, ut tradunt Flores de Menavar. resol. 3. quest. 24. num. 9. & 22. Barbof. de jurisd. & Eccles. lib. 1. cap. 17. num. 103. & 104. & num. 11. eoque magis probatur, quia supradicti testes deponunt hæc omnia Archiepiscopos fecisse jure ordinario, & secundus subdit, quod ubi Archiepiscopus ordinationes non habebat, concedebat litteras dimissorias Clericis dictorum castrorum, non secus, ac aliis diocesanis.
- 32 Circa collationes autem beneficiorum Domini dixerunt, quod particulariter videatur. Atque ita utraque parte informante &c.

